

*Hadr. Ian. Illustrissimo Guilelmo  
Nassavio, Principi Aransino.*

*Quod in id incubuerim, Illustrissime  
Princeps, eoque meas cogitationes  
converterim, ut filii tui, summae spei  
pueri, ac per eum cæteræ juventutis,  
literis addictæ, studia adjuvarem, non  
dubito, quin genio id placuerit tuo.  
Nunc quia sacras, & Reipub. dicatas  
curas trahere, aut interpellare verear,  
si quid discessum paranti mihi, dum  
Bredam iter converto, negotii impo-  
nere placebit, non detrectabo subire.  
Vale. Andoveria. iii Kal. Martias.  
anno 1567.*